

1813

C A S U I S T I C I

1814

II. p. 181. nihil tamen de Lite
nostra eidem intentata.

DCCLV.

- U. 774 Codex membraneus lat. Sec.
XIV. Folior. 183. f. eleganter
exaratus, aliud Exemplar est ejus-
dem *Summae*, olim *Job. Fabri* no-
stri κρημα, gaudetque hac clausu-
la: *Comparatus libellus iste, videli-
cet Summa Pyzana per discretum
virum, Jacobum Presbyterum or-
tum de Werona (Beraun); Fini-
tus autem est et completus per
Matthiam Parwinum de Grecz Re-
gine super Albea (Albi fl.) sub
anno Domini. 1399. Feria V.
Hora quasi meridiei. Amen.*

DCCLVI.

- U. 775 Codex membraneus lat. Sec.
XV. Folior. 222. f. olim *Ber-
tholdi de Emmerstorf* Presbyteri
Patau. Dioec. tertium Exemplar
est relatae *Summae*, ita subscri-
ptum: *Completus est hic liber in
vigilia beatorum Petri et Pauli
Apostolorum. Anno Domini 1403.*

*Poeniteas cito peccator, cum sit miserator
Judex, et sunt haec quinque tenenda tibi. &c.*

quique cum alio Commentario fi-
mili lucem videre non semel sub
Typographiae primordia. An au-
tem hi Verficuli *Johannis de Gar-
landia* sint, non nisi *Bodlejana* de-
cidere potest.

Denis Codd. Theol. V. II. P. III.

DCCLVII.

Codex chartaceus lat. germ. U. 697
Sec. XV. Folior. 183. f. non
una manu perscriptus per duas co-
lumnas et rubricis distinctus com-
plectitur sequentia: I. *Summam*,
ut e calce adsumo, *penitentiarum*,
cujus initium: *Si Operam medican-
tis expectas, Oportet ut vlnus de-
tegas. Hec propositio scribitur a
boetio in libro de consolacione phi-
losophye &c.* Hunc Praefatorem
alium esse ab Autore Opusculi
mox patet: *Causa efficiens secun-
dum quosdam fuit magister Johannes
de Garlandia. Quidam tamen dicunt
quod Bernhardus siluestris. — Ti-
tulus talis est. Incipit summa pe-
nitentiarum Magistri Johannis de
garlandia &c.* Vir hic, de quo
plura *Leyserus*, *Fabricius*, et
Tannerus, qui illum rectius a Sec.
XI. ad XIII. reponit, Poeta fuit
et Carmen elegiacum de *Poeniten-
tia* condidit, quod *ms.* extat in
Bodlejana; atque inde fortassis er-
ror. Sed neque *Bernardum* illum
Silvestrum, seu *Carnotensem* de
Poenitentia scripsisse reperio. Quid
igitur est? Commentarium habe-
mus in Verficulos, quorum ini-
tium:

II. fol. 14. praemisso Capitem
Indice *Incipit liber de miseria hu-
mane condicionis editus a lotario
Dyacono cardinali Sanctorum Ser-
gi et bachi. Qui postea innocenci-
us papa appellatus est. Saepe a no-
bis*

C

bis